

A

249
—
—
IX.

T H E S E S

EXERCITII CAUSA PRO-

POSITÆ IN GENERALI SYNODO RIVVLIIEN:
 celebranda, de Patrum & nostra communi iustificatione & certitu-
 dine salutis vtriusq; aduersus Lymbum Papistarum & dubita-
 tionem Pyrrhonorum Pontificiorum, de quibus respon-
 suri sunt Ordinandi 21. die Iunij, A. D.

1 5 9 0.
I.



Iustitia seu iustificatio homi-

nis coram Deo duplex esse traditur, legalis nempe & Euangelica. Legalis est quæ omnium virium in-
 ternarum & externarum perfectam obedientiam
 exigit. Hanc quia nemo mortalium præstare per se potest, ideo etiam
 ex legis sententia nemo coram Deo iustus esse potest. Rom. 3. Gal.
 2. Euangelica vero iustitia est quæ fit per fidem veram & viuam, qua
 operum fiducia excluditur & Christi iustitia apprehenditur & appli-
 catur, qua homo peccator in conspectu Dei iustus, iudicio Dei
 iustus pronunciat ut Apostolus docet Rom. 3. & 4. Gal. 2. 3. 4.
 Reliquas iustitiæ significationes & diuisiones hoc loco vti qui huc non
 pertinentes volentes omitimus.

II.

Iustificatio ergo hominis coram Deo seu iustitia Christiana non
 significat approbationem operum nostrorum promerentium gratiam,
 remissionem peccatorum & vitam æternam, ut Papistæ defini-
 unt, Hoc enim nullis scripturæ testimonijs probare possu-
 gnificat hominis credentis in Christum abolitionem
 ti, imputationem iustitiæ Christi & acceptationem ad
 nam, gratis per misericordiam Dei, propter Christum
 17. & 3. v. 22. 24. Act. 13. v. 38. 39.

Sed si
 pecca-
 eter-
 1. 1. v.

III.

Hoc modo iustificati sunt patres veteris Testamenti, hoc modo
 nos quoque iustificamur. Nam vna eademque semper fuit hominis pec-
 caroris coram Deo iustificandi via & ratio, vna eademque causa ef-
 ficiens, meritoria, organica & finalis ut docent scripturæ testimonia
 Act. 10. v. 43. Huic omnes Prophetæ &c. & 15. v. 11. Per gratiam Do-
 mini &c. Nihilque discreuit inter nos & illos, fide purificatis cordibus
 illorum. Rom. 3. Eph. 2. Itē exempla Abraham & patrum, Gen. 15. v. 6
 Heb. 11. Rom. 4. Gal. 3. Apostolorum item ut dicitur Gal. 2 v. 16
 Scientes non iustificari hominem ex operibus legis, sed per fidem Ie-
 su Christi, etiam nos in Christum Iesum credimus &c.

III.

Et si autem Christus patrum temporibus nondum actu pretium
 redemptionis generis humani soluerat, patres tamen fide venturi
 Messia

Messiae salutem praesens consecuti fuerunt, nam mors seu sacrificium Christi postremis temporibus peractum fuit plenissimum pretium solutum pro peccatis tam ab origine mundi commissis quam etiam ad finem mundi fiendis eorum nempe qui credunt in Christum, ut ostendunt scripturae testimonia, Apoc: 13. Agnus ab initio mundi occisus est, Heb: 13. Iesus Christus heri, &c. Heb: 10. Unica oblatione, Heb: 9. v. 15. Acto: 15. Per gratiam, vide exempla patrum iustificatorum Hebr: 11.

V.

Patrum animae fide in Iesum Christum ex hac vita migrantes non in Lymbum ut Papistae impie contendunt, sed ad caelos, beatorum nempe sedem translatae fuerunt, Quod his rationibus certo demonstrari potest.

VI.

1. Quia vox Lymbi in scripturis Sacris nusquam extat, multo minus locus ipse Lymbi probari potest. Quod vero Pontificii sinum Abrahamae Lymbum esse voluerunt, absurdum atque imperitum est & alienum a scriptura sancta. Sed nec patrum quorundam de Lymbo opinionem & errorem citra scripturam admittimus.

VII.

2. Quia scriptura Sacra duo tantum agnoscit & admittit loca seu receptacula animarum post mortem: Vnum, ipsum caelum, vitam aeternam, Paradysum, sinum Abrahamae, &c. quae Synomina sunt & pro eodem capiuntur. Alterum vero impiorum, inferos, gehennam, tartarum & quicquid tale est, nec potest ex scripturis sacris tertius aliquis locus dari. Certum ergo est animas piorum omnium temporum recta sursum ad caelos fuisse subuectas, & adhuc hodie isthuc colligi &c.

VIII.

Quia Patres. 3. Quia patres eiusdem gratiae in Christo fuerunt participes, cuius & nos sumus, quae est causa remissionis peccatorum & iustificationis ut dicitur Acto: 15.

IX.

4. Quia patres veteris Testamenti eiusdem fidei beneficio nobiscum iustificati sunt, idemque Christi meritum apprehenderunt, vnum ergo eundemque effectum mors Christi quavis aetate praestitit, gloriam nempe & vitam aeternam piorum. Non fuit ergo opus villo Lymbo.

X.

5. Quia mors Christi expians primi parentis & vniuersae posteritatis delictum, Deo patri semper fuit praesens & aequae pretiosa ut nunc est. Ideo non fuit opus isto carcere ad piorum animas concludendas, Apoc: 13. Agnus ab initio &c.

XI.

6. Quia Paulus Apostolus ad Ephe: 1. v. 10. & 3. v. 15. & Colos: 1. v. 20. expresse docet Christum suo sacrificio reconciliauisse tum quae in caelis sunt, tum quae in terris. Qui locus non de Angelis loquitur

tur (nam Christus non inter Angelos & Deum constitutus est mediator) sed de piis ante aduentum Christi mortuis & ad coelos translatis, & simul aduentum ipsius lequitis & in terris ad finem vsq; mundi militantibus, Qui recolligi dicuntur in Christo, quia fide cum eo coniuncti sunt, velut vnus hominis instar.

XII.

7. Idem affirmant tam exempla patrum quam etiam scripturae testimonia, nam quod Abraham, Isaac, Iacob &c. sint saluati docent: Christus, Matth: 8. v. 11. Luc: 16. v. 23. & 25. Et Apostolus Heb: 11. Petrus Acto: 15. Dauid quoq; Psal: 32 Beati quorum &c. Paulus Roma: 4. ipsum Abrahamum pro exemplo iustificandorum constituit, Et Gene: 15. expresse dicitur, ipsum fide fuisse iustificatum. Impium ergo est dicere patres veteris Testamenti vel non fuisse saluatos, vel eorum animas fuisse Lympo conclusas.

XIII.

piura
Est praeterea omnium salus certa ac firma, non quia propria ipsorum dignitate aut meritis operum ea nitatur vt Papistae docent, non enim satisfaciunt legi Dei, sed potissimum his de causis.

XIIII.

1. Propter authorem Deum & immotam veritatem promissionum ipsius, quae loquuntur de gratia Dei, de nostri cum Deo reconciliatione, de remissione peccatorum, de iustificatione & vita aeterna, vt dicitur Nume: 23. Non est Deus qui homo vt mentiatur &c. Tit: 1. Vitam aeternam &c. Rom: 3. Iustificamur autem gratis gratia illius &c. vt ipse sit iustus & iustificans cum qui est ex fide Iesu.

quasi

XV.

2. Propter Spiritum S. nobis per fidem in Iesum Christum collatum (Galas: 3. v. 2.) in hunc finem vt nos in filios Dei adoptionum diuinarum veritatem in cordibus nostris confirmet de nostri iustificatione & possessione vitae aeternae vt dicitur Ephe: 1. v. 13. 14. Roma: 8. v. 16.

*Christum
Dei adopt
confirmet*

XVI.

3. Propter mortem Filij Dei, quae fuit certissima confirmatio veritatis promissionum Dei seu foederis ipsius nobiscum percussi de remissione peccatorum & vita aeterna. Nam mors & sanguis Christi dicitur sanguis foederis aeterni, quo certitudo salutis nostrae confirmata est vt dicitur Hebræ: 10. 29. & 13. v. 20. Roma: 11. v. 27. & 4. v. 25. Matth: 17. v. 5. I Ioan: 2. v. 1. 2. & 4. v. 10. Ephe: 1. v. 7. Colo: 1. v. 14.

XVII.

4. Propter fidem in Iesum Christum ac eius *καταβολή*, qua omni dubitatione exclusa iubemur orare & promissionibus Dei certo credere, cuius beneficio accipimus remissionem peccatorum, iustificationem, salutem, & spem vitae aeternae, vt dicitur Ioan: 6. Hæc est voluntas

voluntas &c. Ioan: 3. Qui credit in filium habet vitam æternam, 1. Ioan: 5. Qui non credit Deo mendacem ipsum facit. Sic profiteamur in symbolo Apostolico nos credere remissionem peccatorum & vitam æternam. Heb: 4. Accedamus cum fiducia & nihil hæsitans. 1. Pet: 1. v. 13. Perfecite sperate in eam quæ ad vos difertur gratiam, 2. Tim: 1. v. 12. Scio cui crediderim & certus sum. Heb: 11. 6. Accedentem oportet credere, &c.

XVIII.

5. Propter iuramentum Dei, quo promissiones suas filiis suis ita Deus confirmavit ut resaliter haberi non possit, ut dicitur Tit: 1. Vitam æternam, qui promisit Deus non mentitur. Heb, 6. v. 17. Ioan: 5 v. 24. Ezech: 33. Vivo ego dicit Dominus, &c.

XIX.

6. Propter efficacem fidei in nobis operationem quæ est tranquillitas, lætitia & pax conscientie nostræ de remissione peccatorum nostrorum & reconciliatione cum Deo, quæ est effectus salutis nostræ per fidem acquiratæ, Rom: 5. v. 1. & 8. v. 1. Plal: 1. Beati omnes qui credunt: Ioan. 20. v. 29.

XX.

7. Huc pertinent Sacramenta quoq; à Filio Dei instituta Baptismus nempe & cœna Domini, quorum usus est ut fidem nostram in promissionibus Dei de ipsius fœdere nobiscum pacto de remissione peccatorum de iustificatione, tota deniq; salute & vita æterna confirmet. Ut dicitur: Ero Deus tuus & seminis tui &c. & hic est sanguis novi testamenti, qui effunditur in remissionem peccatorum &c.

XXI.

Damnamus ergo impietatem Blandratæ negantis Patrum iustificationem pontificiorum falsam de Lympo patrum opinionem, ac incertam & dubitationem de salute hominum credentium.

Georgius Gõnci Superintenc fratrui & mine reliquorum D. Seniorum.

H. Joanni pankotaj
magistrj & seniori Ecclia
Makouien.

Szabó II. 210.

V É G E.